5. Phenomenum Indij Primarij colore tres ferme numerari solet, modo tamē magis, modo minus vividi; Puniceus, supremus, undique primus, et purpureus — infimus: Hi addunt aliqui duos alios, nempe flavum medium inter puniceum, et viridem, et caeruleum inter viridem, et purpureum. Porro hi omnes in tertiae veluti zonae distribuuntur. In India secundaria ijdem colores conspicuntur, ac in primaria, semper in debiliores, et ordine inverso, ita ut qui supremus est in hac, sit infimus in illa. 1. e: diversa lucis modificatio ex eo resultat, quod diversi sint aspectus, sub quibus hic, aut ille color apparet, et ex alijs circumstantijs, refractionis, et reflexionis, maior, aut minor coloris vivacitas explicari potest: et varietatem medij paucioribus, vel pluribus vaporibus immeditatis, et varietate etiam sub globulo, nempe plures, aut pauciores radios reflectendo. Sicut et colores Indij secundariae semper minus vivido, ex eo quod: exhibentur sub angulo maiori, et per radios non solum per refractos, sed etiam per reflexos, intra ipsam guttulam aquae.

6. Phenomenum. Formari solet Indij ante, vel post pluviam, 1. e: quia Indij sub: e: collectio globulorum habentis pluviae, quod comprobatur etiam ex eo quod in quibusdam fontibus aqua minutim coepta Indij formam adueno sole, et pariter si qui terra soli adveniens aqua ore exsufflet, et eroret Indij minorem quidem sed effecte rotundam adspiciat. Porro ea globulorum aquonum collectio habet, vel cum nubey seorsim in tenues aspergines coevertit, quibus quod in sedibiles guttas coepta, vel cum resoluta iam in imbrej humorem reliquias retinet, quae paulatim ex illo stillacido dimittit.

Ex dictis colligitur 1. falso Indij penetrationem explicari ab aliquibus, et hoc quod

concreseat ante solem vapor in nubem conicam, cuius basis sit ad solem con-
 uena, et per quam transmissi radij, et in oculum refracti ad oppositam nubem
 continenter ferantur, ibique detenti Inim depingant; ab alijs ito falso ff.
 hoc, quod nullum quidem inter solem, et Inim intercipiatur corpus, sed tamen
 nubem Inim excipientem saltem a tergo, ut notant aliqui sit densam, et
 crassam, ut scilicet reflecti possint radij solares; sit nigrescentem, ut in ea solis splen-
 dor subnubilet, sitque uolunt alij humida, et caua, ut in ea solis imago
 in specie circulari amplexu referri possit.

Sed contra 1^a opinionem militat 2^a fenomenum, lucente respectu nostro
 sole numquam apparet Inim, deberent enim esse indirectum, sol, -
 nubem, oculum, et centrum Inim; quod quidem de sole oculo, et centro Inim
 manifeste constat ab experientia; de nube uero quia non aliter posset eque
 distare a singulis partibus Inim. Quibus aptiora occurrerent corpora ad
 Inim excipientia: aut enim radij in conica nube colorati possint recipi in
 ipsius partibus etc. et ab ipsis reflecti ad nostrum oculum.

Profecto radij in prismate triangulati colorati reflectit paries albus, non
 uero aqua utcumque guttatim decedens per medium radij - demum omnij raro
 apparet Inim, et uel non mouetur ad modum spectatorum, ut accidit in coloribus ex-
 pressis in pariete per prisma, uel non spectaretur ipsa Inim nisi ex unico loco ut
 accidit rebus uisum in speculo.

Contra 2^a opinionem militat minorae incommoda, sed nec satis in ea explicatur
 fenomenum de quibus num. 1^o. adhaec, quod ulterius recurrimus ad ignotum causam,
 et dispositionem, ad quodlibet in aspectu quacumque ratione aquae guttae
 Inim omnino circulari uideamus, dummodo oculum nostrum inter solem et depluendum
 aquam ita uertet, ut sit uertex abscissae conae, cuius axis sit linea a sole per
 oculum ducta, ut supra diximus.

Coll.

Collige secundo Inidem secundariam nullo modo pendere a primaria, nec
 ex primaria reflexione gigni, quod olim censuerunt plerique doctores, ex eo quod:

in secundaria colore, quod representantur, qui in primaria, sed ordine inueniuntur, et remy, iose,

Ad contra u: nam et inueno ordine deberent apparere primarij, n: seu ac apparent in flumine inueno turre, et plante.

Adde quod cum nubium Textura non sit equalis, nec certam figuram obtineat, n: deberet esse circularis Inj secundaria, nec cetera primarij. Quod aliquando contingit Inim secundariam primariam non uisa, ut si quis aquam admodum subleuata dispergat supra radium et fenestram - admissam uelutque alijs attollat, ita ut radius solaris ad Inim primariam efformandam necessarios intercipiat; tunc enim nulla exhibet Inj primarij, et uenerante secundaria. Dicendum igitur e: hanc partem Inim in globis - plurijs habentibus immediate a solo fieri et explicari 1^o refractione, et 2^o reflexionem.

Collige demum ex dictis facile etiam explicari generationem circulorum colorationem, et sepe subalbantium, qui circa solem, et lunam conspicuntur aliquando coroneque, aut halones dicuntur. Quod quidem nubium Textura ita sustinetur u: ut solis, aut lunae radius n: intercipiat, aliquam tamen distantiam habeat, tunc coronae circa solem, aut lunam de circina. Cum enim - radius AOZ (in 2^o solaris, siue lunari) transmissus per puncta 1. et 2. reperit in O. et 2 tandem constituat cum axe I angulum ZOI. graduum 23 1/2 radius autem sub tali angulo colores Inidij inducat ut patet ab experientia globi utraque.



Si iam cogites in fig. appoita cony KLM. cuius basi sit in nube, aut r.
 aut apparenter circulari, et intelligatur constitui a radijs post duplicem
 refractionem flexis sub axe angulum graduum $23 \frac{1}{2}$, omnes guttes in
 eoy cony superficie existentes eod. modo habebant, qui requirunt, ut colores exspectat
 oculis constituto in apice cony Li Porro corona non efformatur in guttj gra-
 -dionibz, sed in minutissimo uapore. si enim grandiores essent guttes cum
 efformatur corona circa solem, eum ita obnubilaret nebulas, ex qua tales guttes
 deciderent, et ois transitus radijs solaribus negaret, et hoc ipso diluente in-
 sunt colores terrae, et subalbicantes, in tenui autem uapore uicini esse. n. possunt
 preterquamquod formantur post duplicem tantum refractionem; quod satis e. ad-
 minorem colorum intentionem, ut patet in experimento globi ultraquez sphaerz
 circulari r. in corona ead. e. ac que dabatur porinde. ~

Queres tandem cur sub talibus positionibus angulis nepe graduum El. in
 Nubes primario SE. in secundario NB. in corona, qua sub alijs quibuslibz
 maioribus, aut minoribus appareant. ~

H.º iuxta nostram doctrinam in phisicis explicatam ideo esse, quam
 sub alijs quibuscumque angulis, aut inequalitate radij disponuntur, aut
 non tam inequaliter, quam sub his predictis

ff inequalem u.º rationem di-
 -positione habent eand
 coloratum

Diximus Inidem



INDEX

ante

Quest. 1^a unde luceant cinabrese, felix oculi, squama
piscium, ligna putrida, et alia huiusmodi. — 1.

Quest. 2^a cur aqua, q: in specie grauior e: vino non de:
scendat inferius, sed adeo illi ymiscet, ut separari
ferme n: possit — 2.

Quest. 3^a quomodo cordua possit nauis, q: aliquando aquis
innatet, alia prorsus immergat, rursus ad hirtum
nauden emergat — 3.

Quest. 4^a an corpora grauior x: aeri pluris q: aer descendit
retardari possit uelocitate — 4.

Quest. 5^a cur in spongia ad motu ascendat aqua, nec de:
scendat pendet ex orasicanis folijs — 5.

Quest. 6^a quomodo explicari possint q: ad hirtum spectat. — 6.



The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be supported by a valid receipt or invoice. This ensures transparency and allows for easy verification of the data.

Furthermore, it is noted that the records should be kept in a secure and accessible format. Regular backups are recommended to prevent data loss in the event of a system failure or disaster.

In addition, the document highlights the need for a clear and concise reporting structure. This helps management to quickly identify trends and areas that require attention.

The final section of the document provides a summary of the key points discussed. It reiterates the importance of accuracy, security, and clear communication in the management of financial records.

[Signature]

Tractatus De fulmine

Capitulum 1^o

De natura, et generatione fulminis.

Quæres 1^o quid sit fulmen.

R^o: Fulmen est exalatio accensa in nubem, et magno impetu e nubem excussa, et vibrata.

Dicitur 1^o exalatio accensa in nubem, seu ignis in exalatione accensæ, q^o fulmen ut aristoteles ostendit non est lapis ut males vulgus existimat, sed ignea exalatio, que si non itro si crassa sit, secum aduehit lapides, quem appellant ueneas; sed lapis ille non est fulmen, q^o subtilissimum est, et intima queq^{ue} penetrat, ac perstrudit, q^o conuenire non posset lapidi.

Dicitur 2^o e nubem magno impetu excussa, et vibrata q^o per hoc fulmen differt à pluuia, q^o propter inexcitabilitatem, et rariorem exalationem emicat tantum intra nubem, nec actualiter excutitur, uel si excutitur non excutitur magno impetu, et in aere statim extinguitur.

Quæres 2^o quomodo fiat fulmen.

R^o: Fulminis generatio ex antiquis set. quam sequuntur Peripatetici sic explicatur: ex rebus sustinens, uel caloris uehementis simul cum uaporibus ascendit in altum plures exalationes, si ce, et spiritus sulphurei, et faciles accendibiles: quando autem uaporibus coeuntibus in nubem in ea illam clauduntur huiusmodi spiritus, per antiperistasis, uel attritionem, et motum aliqua particula concipit ignem et incendit reliquas; et illa exalatio interim se dilatans ad instar pulueris tormentarij, ex ea parte in qua nubem est minus densa enempit horrendum edens tonitruum, et maxima celeritate mouetur per eam lineam, q^o quam concepit impetum, atque ad terram usque descendit, editque strages illas quas quotidie uidemus fieri à fulmine.

Quæres 3^o quid sint spiritus sulphurei.

R^o: spiritus sulphureos esse quedam minima corpuscula ignea, actiua, et ualida, que à chemicis appellantur particule sulphuree; docent enim chimici omnia consistere sale sulphureo, et mercurio. salis uocat partem rem fixam, que non resoluitur in effluuium, nec ascendit sed semper manet graui; sulphur partem spiritosam, mercurium partem aqueam.

Quæres 4^o quomodo part. sulphuree per antiperistasis accendantur.

ut clarior fiat resolutio quesiti explico breuiter quid sit antiperistasis: Antiperistasis seu

2.
Circumobstantias, nihil e: quod actio, quae una qualitatem contrarium intendit ad presentiam
alterius qualitatis contrariae, illud quasi obidetur. habemus antipensitas manifestas —
experientias. 1.º enim constat ignem modicae aquae asperione magis exardescere, sic
enim fabronum arte fornaces accenduntur, ignem etiam hiemali frigore fieri actiuorem cuius
experientia: aqua soli exposita initio frigidior euadit, qd: de pponibus quoque dicitur. putealis
aqua hieme calidior e: quae frigidissima e: estate, qd: in locis etiam subterraneis sensus
docet; in his enim hieme sentitur calor, estate frigus. aliud uentriculus estate languet
et modico contentus e: cibo, sed tñ hieme sit calidior uehementius cibum appetat, et excipiat
copiosius. Hinc ut respondeam ad quesiõ dico qd: particulae spiritose, et sulphureae induræ
in nube frigida p: obpressionem frigoris contrarii magis coartantur, et condensantur; hinc sunt
actiuiores, hinc magis incalescent, hinc denique accenduntur. ~

Quaerit 5.º quomodo part. sulphureae accendantur p: attritionem, motumque ~

1.º accendi ex motu, sive affectu mutuo, quibus cum praesentibus inter uapores nubis colliguntur simul
particulae igneae ad statum sensibilem, ut in puluere Tyrio, qui ex sola percussione quandoque
accenditur ut in furnibus ex tractione accedit. ~ Attritio, et motus causa caloris erit.

Caput 2.

De causis fulminis.

Quaerit 1.º q: nam sit causa mater. fulminis.

1.º causa mater. sive materia fulminis (sermo e: de materia 2.º) e: exalatio spiritosa,
depurata, et tenuissima ex nitro, sulphure, spiritu minerali, et metallico e: res subli-
-nandis in nubis sublatas. Hoc inde patet qd: fulmina plerumque contingunt post
dies feruentiores, quibus plurime exalationes plures extractae atq: in altum sublatae: qd:
autem spiritosa, et sulphurea exalatio fulmini mater. praebet, constat 2.º ex eo qd:
odor sulphureus ex fulmine exhalat; 3.º ex eo qd: in regionibus, in quibus pluri-
-miter sulphurei ac bituminosi attolluntur, frequentius fulmina generantur, ut in
montibus igniuormis, e contra in regionibus, quae sulphure n: abundantia rarantur
fulmina, ut in Anglia. ~

Quaerit 2.º quae nam sit causa formae fulminis. ~

2^o cū Hesta, causa est, seu causa proxima fulminis e: ignis uandissimus Cardanus, ut exprimat actiuitatē, ac uehementiā ignis fulminalis cū appellat ignē ignis, et calidissimū calidiss^{us}. Testulianus affirmat ignem fulminis euidē conditionis esse cū infernali. At inquit Bicomeratus quomodo fulmen actiuitatē adeo uehementē habere pote: cū sit corpus subtilissimum, quasi uentis accensus, ac rarissime substantia? Respo. n: semper raritas est signū remissae intentionis, imo uirtus residet in rebus subtilissimis, ac tenuissimis, unde Chim ad tenues quasdam substantias reducū correspond uirtutes.

Quaerit 3^o quae nam sit causa efficiens fulminis.

2^o Bodinus libro 2^o Theatri causam efficientem fulminis esse demones aëros, qui exalationes agitant, et deorsū dirigunt. probat tum quia fulminis ignis subtilissimus, et, et tenuissimus, unde non nisi demonum uindis tam celeriter, contra ignis naturam in imum dei potest. Tum ex admirandis fulminis effectibus, tum quia in locis, in quibus fulmen decedit teterrimus sulphuris odor sentitur, deirco u: testissimam demonis presentiam significat, quia ubicumque demones cum hominibus compulsantur, fedissimum semper relinquat sulphuris odorem. Insuper cum nihil sit uapore motus, nihil exalationes leuius cum nullis sint angustis, quibus ignis fulmineus, quasi carceribus concludatur, n: pote: tanto impetu, excuti, et uibrari. Verum hæc sententia mihi placet, nam si demones fulminatores sunt semper fulminum causa, cur apud nos non fulminat hieme, sed in regionibus calidæ estate? cur non sereno cælo, nisi rarissime, ut prodigij loco id habeatur? Possunt quidem, ac solent demones tum per se, tum per Magos excitare tonitrua, et fulmina, et semper id facere n: uidetur probabile.

3^o metius cū aliis causam efficientem fulminis esse illam, quæ exalationē sulphuream in nube inclusam accendit. Hanc autem esse diuisionem, nempe Antiperystasim, et motum, seu attritionem spirituum sulphureorum. Cælius addit 4^o nimum refractionē luminis solari; sed hæc n: pote: admitti uniuersaliter, nam sepius fuit fulmina etiam in nocte, cū solis radij non possunt

refrangere et uapore, et igne accendere. ad causam efficiens fulminis reducitur etiam ab aliquibus illis, que accensa exalationem torquet Deorum, et hanc. P. Deinde dicit esse impulsus, quem flamma rarendo, et intra nubis angustia compressa recipit à nube, cuius latera quatit ut possit euadere. et hæc melius uidetur naturalizata seruetur.

Queris 1^o que nã sit causa finalis fulminis

4^o cum venerabili Beda Sitoris anglicanae libro 8^o cap. 3^o. Iaculatus Fulmina Deus, ut terrigenas ad timendum excitet, ut corda eorum in memoriam futuri iudicij reuocet, nec non ipsorum superbiam dissipet, et conturbet audaciam, reducto ad mentem tremendo illo tempore, quando ipse celi, ac terris ardentibus ueduntur: in nubibus cum potestate magna ad iudicandum. Atenus Beda, nec oportet otiose alium finem exquirere cum adeo salutarem didicimus. ☉

Capitulum 3^{um}

De uarijs fulminis speciebus.

Fulmen a philosophis in plures species, uel quasi species diuiditur.

Diuiditur 1^o fulmen in clarum, et obscurum. Fulmen clarum est illud, quod constat magis tenui, et subtili flamma, et habens lucem magis candidam. hoc propter subtilitatem, et uelocitatem motus sepe transit per subtilissimas rimas, imo et per poros corporum, absque eo quod eas comburat, aut prosternat. si corpora sint ualde densa, ut per eas transitum non pateat prosternit, absque eo quod aburat, aut coloret, ob uelocitatem maximam. Fulmen obscurum, siue fumosum est illud quod constat exalatione magis crassa, et corpulenta, et habet lucem magis imitantem colorem rubrum: hoc fulmen acriter comburit, unde sepe fulgurant corpora fulminibus tacta: ☉

Diuiditur 2^o fulmen in siccum, et humidum: fulmen siccum est illud, quod fit accenso quidem spiritu in nubibus, sed tamen ut flamma ad nos non ueniat, sed ueniat solus impulsus moti aeris ad illam flammam. Hoc fulmen non adherit, sed dissipat et prosternit. Fulmen humidum est illud, quod fit accenso quidem spiritu in

nubibus, sed tamen, ut flamma ad nos n: veniat, sed perueniat solum in subsu-
uapor ad illa flamma: hoc fulmen n: adunt, neque dissipat, sed tantum in-
frescat, denigrat, obducit: sordibus.

Diuidit 3^o Fulmen in armatum, et inerme fulmen armatum e: illud, quod -
instruitur cuneo, sive qd: secum lapidē uelit: fulmen inerme e: illud, qd: nudam
habet flammam, sive qd: solo accenditur spiritu. Analogiam habet in Bombarda
que exploditur aliquando grauida globo ferreo, aliquando solo puluere instructa.

Diuidit 4^o Fulmen in uulgare, et mirabile: Fulmen uulgare e: illud, qd: non
causat, nisi effectus ordinarios, ut sunt Denigrare, incendere, dissipare, prosternere,
et similes, qui nullam excitat admirationem: Fulmen mirabile e: illud, qd: mira-
biles parit effectus, ut sunt uirum exurgere intacto idolo, idolum adurere non
effuso uino, nubes intra crumenam liquefacere intacta crumena, et alij -
similes, de quibus infra. ~

Caput 5^o

De motu Fulminis

Quere 1^o cur Fulmen moueat deorsum, n: sursum, ~
2^o Fulmen moueri deorsum non sursum quia ex parte superioris solet
nubes esse densior. P. Fabri addit aliam rationem nimirum qd: uerius terram
minor est resistentia, nam uerius terram minus est aeris, addit qd: calidior
et rarior est, ideoque minus resistit.

Quere 2^o cur fulmen cum ignis sit uelocissime contra propriam naturam
descendat.

3^o Albertus Magnus descendere rationes mat: densae, et graui: nat: sicuti ignis,
qui e: in ligno, uel in ferro fertur deorsum, ita exalatio fulminea ad densata,
ex innata grauitate etiam ipsa deorsum fertur, et nouum impetum cadendo -
aquirit. uerum hae ratio n: placet, nam sic oporteret fulmen esse lapideum,
uel ferum ignitum, et non uentum accensum, qd: supra e: improbatum,
neque id sufficeret, qd: modicus lapis ex suo descensu non haberet tanta uelocitate

6.
quanta conuenit fulmini; moueret per lineam rectam, et non transuersaliter,
ut satis patet uidenti ~

3^a Cardanus: ignem fulmineum ab ipsius nubibus trahi; aer enim, et nubes cum primum
accenditur illa m^o dirumpuntur, et riuus prebitura in duas partes cadens, euaporata
ex parte illa flamma, se se impetu restituit ad locum antiquum, et simul compri-
mitur, extruduntque flammam egredietem, sicut digitus premimus, et a cucullam
nucleos, qui licet graues natura sint sursum feruntur. ~

4^a alij fulmen descendere tanto uelocitate, propterea quamdam uirtute exaltationem,
ex qua constat ignem magno impetu ad ima protrudentem, exemplum afferunt de
auro fulminante, quod: exierit uim suam deorsum, ut hoc intelligas, scito autem
fulminans nihil aliud esse quam puluerem quandam factum ex auro, uel
ut aliqui uolunt ex calce Martij, qui puluis accensus deorsum toto impetu non
sursum conatur, si supra mensam ligneam ponas, et immixto igne accendat, non
ascendit in morem pulueris tormentarij, sed contra tabulam nitit, et eam perforat
puluis tormentarij, si supra manum accendat, auolat flamma, et manum inmensam
relinquit. et si supra manum accenderet eam perforaret, uidi ego (inquit Cardus)
supra castam tantillum pulueris accensam, supposita candela, toto impetu magno-
strepitu, castam lacerasse, et candelam candelabrumque illuminasse, ut et candelam
extinuerit, et candelabrum subuerterit. ~

Queres 3^o quomodo fulmen, seu flamma fulminea possit ita directe a
nubibus uibrari, ac dirigi, ut per liberum aerem traiecta, tum collecta maneat
tunc uehementiam impetus seruetur, in bellicis uehementia maxima ex-
trudatur flamma, donec cohibetur per canalem, seu fistulam, uerum sta-
tim ac emerit in libertate celestis diffundit ac dissipat ~

5^a Coniunctienses fulmen, seu flamma fulminea non diffuere in
aere, nec statim dissipari, tum quia uelocitate erumpit, tum quia
constat partibus bene coagmentatis, et inter se coerentibus. ~

Queres E. cur Fulmen descendat per lineam obliquam, non uero per
lineam perpendiculararem ~

seu ad maiorem motum per quem semper magis recedat ad
perpendiculari.

Quære 1.^o cur fulmen aliquando per ædes discurret huc illuc motu
talem singulari: motu adeo irregulari.

R.^t aliqui fulmen irregulariter moveri ex multiplici reflexione, quam facit.
Exalatio enim diversimode extenditur, et figuratur; hinc diversay facit,
incestans: recursiones.

R.^t alij, quod fulmen à vento defertur, et sequitur motum aeris, inde motus
irregularem inquit, illumque mutat ob aeris mutatum locum. Hæc tamen
responsio patitur difficultatem; nam sicuti uehementissimus turbo, non pote-
rit unam Bombarda explosam in unam partem ad aliam diuertere, ita
difficile uideatur, quando uentus sepe debilissimus asportet fulmen, quando
impetu cadit incomparabiliter maiori, quam globus tormentarij.

Respondet D. Fabri, quod fulmen per conclauias huc illuc irregulariter discurret,
quia cum materia illa, cui flamma adheret in fulmine continue fere-
equilibrium mutat. Hinc determinatur, ut modo huc, modo illuc discurret.
Analogiam habes in quibusdam perprobatis qui eodem fere modo
discurrunt.

Caput 5.^{um}

De loco Fulminij

Quære 1.^o qui nam sit locus fulminij, siue in quo fiunt, et ex quo decedat
fulmina.

R.^t Rodinij regionem fulminis esse partem aerem, in quo obuersantur
Demones fulminatores.

R.^t Paracelsus esse firmamentum; aut enim quoddam firmamenti stellæ esse
Bombarday nature, seu mortariolas quædam in y mixturâ sulphuris argenti uini,
ac salpetres accendi, et uersus terram propelli, idque fulmen esse hæc sententiæ
sine dubio nisi potius dignæ sunt, quam confutatione, unde et nos quæ dignæ sunt

Laudo habebimus. ~

h^o melius iuxta sententiam communem locum in quo fiunt, et ex quo decidit fulmina esse regionem nubium adeo connexa cum nubibus, et pluvijis vel gummis, ut in loco ipsarum formari credendum sit. ~

Quare 2^o qui nam sit locus, quem fulmina potest.

h^o 1^o Fulmina crebriora esse in iis regionibus, quae temperiem quamdam servant, et semper quodammodo uernant, uel autumnant, pauciora in regionibus summe frigidis, uel summe calidis. Hinc 1^o frequentia contingunt fulmina in Italia, et praecipue Rome, propter temperiem caloris, et Frigorij. In anglicis tamen raro fulminat, licet anglicani isti temperies sit ualde mitis, hoc autem adscribitur qualitati terrae candidae, et cretae, quae non exhalat spiritus nitrosos ac sulphureos: Hinc 2^o numquam uidentur fulmina in Sicilia proptz maximum frigus, et in Egipto proptz magnum calorem in regionibus septentrionalibus ualde rara sunt fulmina uel Blauy, Fecidiora tñe sūt, tantique roboris, ut simul unum fulmen plures homines, et uim extinguat, turres, domosque deiciat, arboresque in cinerem resoluat, q^o uidelicet materia crassior, et densior est, terraque idonea ad crassiores alitus generandos; Quare magis haerent, et magis nocent ad illis procreata Fulmina.

h^o 2^o loca sublimia esse fulminibus obnoxia: Hinc Fulmina frequenter tangunt montes, turres, templas, Palatias, et arboreas proceras, unde canit -

Ferunt altoj fulmina montes. Horatij.

Temisico quatuorj sonitu celestia templa Iuuenij.

Ingentes queruq; annosaj fulminat ornos Claudianij.

Non nego aliquando contingere posse, ut etiam loca abiecta in terra plerumque tangantur fulmina, sed raro hoc contingit, et partes subterraneae immunes ferè sunt, nisi forte fulmen cuneta eo promodat. 1^o autem 2^o 1^o quia spiritus ille accensus non peruenit nisi raro usque ad terrae planitiem. ut enim puluis accensus exclusus è bombardis non nocet illis, qui procul sunt

sed solum propinquis, quia flamma illa non extenditur procul: ita spiritus accensus in nubibus, et inde exclusus, non nocet nisi prope habitantibus, et ad distantiam magnam extinguitur, quamvis aliquis etiam immedietate daret. altera causa, et potissima est motus obliquus, et transversalis, quem fulmen concipit; nec enim linea perpendiculari nisi rarissime sed transversaria, seu ut antea loquitur diametrali ad terram venit. Hinc facile obuium illi est: quod supra terram eminet, antequam ad terrae planitiem accedat, ideoque in illud frequenter impingit.

2.^o 3.^o Fenestram apertam, aut similem patentem locum esse obnoxium fulmini. &c. quia fulminis spiritus aliquando tenuissimus, ut aliqui docent sequitur motum aëris, qui incitatus per patentes aditus se movet, ubi uero durum offendit obstaculum declinat, nec sequitur fulminis flamma. Hinc monet. Cavey ingruente tempestate, et imminente fulmine periculosum esse ad fenestram apertam, aut ad similem locum morari.

Caput 6.^o

De Tempore Fulminis

Quære 1.^o quod nam sit tempus, in quo frequentius contingunt fulmina et quo rarius.

2.^o Fulmina frequentius contingere in tempore temperato. Hinc hiæmo tempore, uel nemquam, uel raro fulmina conspiciuntur. Ratio est, quia modicus calor hiæmæ, uix uehicat sufficiens terræ ne dum interiora penetrat ad extrahendos ex imo alitus sulphureos, ex quibus formantur fulmina; terras etiam frigores obstrictas, et nonnunquam glaciæ, aut niues strata exitum prohibet habitibus, si qui ab interno calore ad terræ superficiem assent. Hinc etiam parum opportuna fulminibus censetur æstas, maximè desunt uapores, qui exalationes ambiant ignemque exprimant, — exalationes nimium attenuant, neque alitus ascendunt, nec conuertuntur in loco

nubium. ☉

Hinc igitur reliqua tempora, nempe uernum, et autumnale magis fulmina sunt. 1.º e: q.º autumno, et uerno tempore calor miscetur frigori. Hæc autem mixtura e: fulminis causa; ex easdem discordia, caloris, et frigoris fit agitatio, ex qua progreditur fulmen: Hieme deest calor, estate frigus; permixtio autem fit, cum ultimus calor estatis iungitur 1.º frigori hiemis, et ultimum frigus hiemis cum 1.º calore estatis. Promodum ait à se obseruatum frequentari magis fulmina maio, et iugusto. Sed mensium assignatio n: e: alijs, cum hiemis cum hiemis, et estatis rationes pares sint apud tres.

Stibertus magnus ait tempus fulminum esse precipue estiuum congruis ori alijs.

Sed alibi dictum e: contra omnes, et fortasse uentari tansem-
pote: in regionibus frigidiore, quam estas sit ueluti autumnus calidioribus regionibus: sicut e contra in regionibus ualde calidis opportunius tempus est uernum.

Quæstio 2.º an fulmina aliquando contingant tempore sereno saltem non ita frequenter ut nubilo. ☉

2.º neq.º cum arysto, Seneca, Lucretio, et alijs com: Diuinum tempus expectat fulmina, tunc enim fit nubium coactio, et coactio, ex qua sequitur sulphureæ exaltationis succensio, et eiaculatio. aliqui tamen commemorant contrarium accidisse. Crescentius in sua nautica libro 3.º cap: 28.º testis e: accidisse supra Finem Syriæ prope Neapolim circa meridiem sereno celo fulmen cecidisse et tres percussisse e remigibus. refert Aueroes qd: uidit Cordubæ lapidem magnum fulminalem die sereno, et claro cadentem, qui habuit sulphuris coactum. Narrauit quoque Cardoso quod fulmen Francisco 1.º Gallianum Regem dominante, sereno celo euitit turrem arcis mediolanensis.

Ad hæc respondent alij fulminationem istam n: nunquam contigisse sed n: nisi miraculose, aut preter nræ aium, operatione demonum.

Fromondus, et resti censent fulmen generari in parte aliqua nubiosa, que e: extra nostrum horizontem uisibile, cuique motu fulminis sit trauesali continget forte ut ad nostrum horizontem serenum deferantur, et cum nobis undique serenus cælis colluceat fulmen excipimus ex turbido — Horizonte nobis inuiso: facilius adhuc id contingit in locis, qui montes propinquos habent, siue potius fulmen generatur in altissimis nubibus sed adeo raris, ut nequeant à nobis aduersari; nam ad fulminis generationem: tam nubium opacitas, quam frigiditas requiritur. ~

Caput 1^o

De effectibus Fulminis

Plures, et ualde mirabiles sunt effectus fulminis pro quorum causa ueriter loquendo potest assignari diuersa natura illorum spirituum, qui accenduntur in fulmen, cum enim ex quolibet corpore ut caloris resoluantur, et educantur spiritus, isti omnes spiritus diuersam omnino habent naturam et diuersos effectus, nam ut rem dicam quam quotidie uidere possumus, à spiritu aceti soluitur sal, spiritus aliarum rerum non ita soluitur, spiritus sulphuris inflammatus supra ferrum liquescere facit ferrum, et coquit in guttas pluuere, alij spiritus inflammati hoc non prestant, item spiritus sulphuris inflammatus decorticat aurum, et argentum, quod per alios spiritus non habemus. prout ergo ex uarijs accedij spiritibus erit fulmen uarij etiam, ac diuersi erunt fulminis effectus ~

Fulminis effectus in particulari a multis scriptis enumerantur: ego præcisos effectus ex probatis auctoribus recedebam, simulq: causas singulorum breuissime inuoluabo.

1^{us} effectus Fulminis est, qd: aliquando duriora corpora confringit — relictis rarioribus, et minus reductantibus, sic interdum ossa — comminuit integra carne, quandoque carnes hoj combunt — intactis uestibus, causas est, quod flamma fulminis aliquando

subtilissima, si inueniat materiam raram, ac porosam ꝑ quam se
 possit insinuare, ac libere transire. illam non destruit, sed quasi —
 inoffenso pede transit, si uero materiam duram inueniat, quam ita
 libere transire nequeat. uel uiam sibi aperit, ac rem destruit. —
 Et nalsquam habet in aqua forti, que obrodit, et edumit metalla, no ceram,
 aut lignum.

2^{us} effectus e: quod aliquando aurum, argentum, et ferru fundit
 inde ut refert Muretus fulmen in palatium cardinalis Ferronienis —
 decidentis, gladium ita colliquefecit, ut in globulum conuertent uagina
 prorsus illusa: Inde ut refert Plutarcus aliquando moneta liquefit
 intacta cnumena. Ferrus etiam aliquando contingere ut in panno com-
 burantur fila aurea non combusto serico. Causa desumitur n: precise ex
 subtilitate flammę flumineq, sed ex qualitate spiritus accendi in fulmine
 cuius spiritus est proprium metallum fundere, ut sulphur fundit ferru
 et liquefacit.

3^{us} effectus e: quod aliquando uinum exsugit illeso dolio. Causa e: q²
 dolij materia porosa facilem transitum dat fulminis substantię uel
 subtilissime, que admixto accernimo suo calore uinum absumit, et ꝑ
 poros uaporem extrudit.

4^{us} effectus e: quod aliquando dolum frangit, et comburit uinum autem
 obdurat, ut stet, nec diffluat pelle quadam, ueluti utre inclusum. Causa Fra-
 ctionis in dolo e: q² materia fulminis aliquando e: crassa, ita ut non
 possit in poros ligni facile se insinuare. Hinc propter resistentiam, quę
 inuenit, dolum frangit, et propter moram, quam facit luctando in parte
 contumace, comburit. Causa uero obdurationis in uino est aut Siccitas,
 ex eo, qd: tota uiscositas uini trahatur uel fulminis ad sufficię, contrinca
 intrasse uinum: Coniimbicenses causam ita explicant. calor potest
 liquorem addensare, si q² sicca exalatione, et uiscositate quamdam
 admixtam habeant: hac enim rne signis sal sulphur nitru Zaccandice.

aliaque id genus. Igitur ad fulmen calidi uini exalationibus, nec non viscositatibus conspersum attingit, nec id ob liquoris copiam, aliamue causam penetrat, externas illius partes addensat, et durat, quibus totum uinum, quasi ceno inclusum detinetur: Hoc idem declarat albertus magnus — experimentum; nam si silyum (est herba, quae Italice appellatur sileo, cuius figuram uideri potest apud macholum) uino admisceat, replet ipsum humore quodam viscoso, quem uinum insito calore ad extremitates diffundit; sicque obducit uinum quadam ueluti crusta, idem ac pellicula uel membranula, quae aliquot dies cohibet, nec dilabitur etiam fracto uase.

5.^{us} effectus est quod aliquando totum uinum coagulat, ita ut quasi gelu concreseat. Causa est quia ex fulmine immittuntur in uinum tales spiritus, qui uim habent coagulandi uinum, ut coagulatur lac, et etiam firmius; spiritus enim coagulatiois dari diuersos pro diuersis rebus sciunt omnes periti: huiusmodi autem uinum postquam ad priorem redijt habitum, si potet, uel exanimat, uel de mente facit propter noxias qualitates, quae insunt fulmini.

6.^{us} effectus est: quod aliquando interficit alia, et tamen incorrupta perseverat eorum corpora, nec ulla ex parte uulneris locum patet: Unde ut ex Cardano refert Cabey in Lemno Insula 8.^o messores sub quercu cenantes fulmine percussi, atque exanimati eundem corporis habitum retinuerunt quem forte habebant dum tacti sunt, ut unus comedere uideretur alii on potulum manu adnouere, alius bibere; cumque nigri omnes essent, statuas referre cenatium uidebantur. Causa deumit ex eo quod subitas fulminis flamma suffocat, et calorem uitalem cordis suppressit, et quamuis tanta transeat uelocitate, ut nec carnem, nec uestimenta perstringere potuerit, tamen suffocationes uitam perdere potuit pro inspirationem enim in precordiis flammam humiditatem uastauit. cui praesertim ferè semper sint spiritus uenefici illi, qui accendunt in fulmine

preuerant autem aliquando incornpta corpora fulmine icta, quia
acerrimus fulminis calor momento dicitur corporis humiditate absumit,
et totum reddit siccum, et exangue, ac proinde putredini minime ob-
noxium.

7.^{us} effectus est quod aliquando fulmine tacta dissipantur, nec usquam
amplius ea corpora inueniantur, causa est quia corpus aliquando
fulminis efficacia non solum combuntur, sed statim calcinatur, et in cineres
redigitur exterminante uis fulminis, et accendi spiritus, tota humiditatem
quo partes terre conglutinantur: reducto in cineres corpore, deinde uel
ab ipso impetu fulminis, qui aerem uehementissime rapit, uel a subsequenti
uento, quod sepius contingit, cineres dissipantur, et ita et uitam, et
sepulturam uno eodemque tempore fulmen adimit.

8.^{us} effectus est quod aliquando pilos humani corporis exurit uestibus,
et corpore toto intacto. Causa est quod uapor fulminis aliquando diuisus
in partes debilissimus est, ac propterea ea solum accendit, que sunt
facilis incensionis, ut capilli, qui de materia terrestri sunt, et etiam
sicca.

9.^{us} effectus est quod aliquando fulmine icti uel per aliquod tempus, uel
per totam uitam homines infatuantur. Causa est quia uapor fulminis
absumit maximam spirituum copiam in cerebro permanentium, et
cerebrum ipsum refrigerat, unde fulmine per cursum illico ueluti appropinquat
cadit sensu, ac motu destitutus: aliqui tamen decursu temporis rescipiunt,
et integrum consequuntur medijs sanis. Causa est quod spiritus in cerebro assumpti
possunt tempore spatium reparari, atque hoc pacto mentis ad suum pristinum uigorem
redire. Zachary Th. 1.^o quest. 15.^o narrat casum de suo auriculo
quod fulmine percussus 3.^o diebus absque sensu et motu fuit, totusque natus,
mox ad calorem reuersus ueluti solidus non nullis hebdomadis per-
manit, donec remedijs adiutus, et natura cooperante ad integram
uicem intelligentiam, ac sibi connaturalem prudentiam, re-

-uersus e: Pellis autem tota à corpore separata illi e: non-
minus quàm in serpentibus eueniat.

10^{us} effectus e: qd: homo ex quacumque minima parte percussus à
fulmine quandoque moriatur, et quod ex ceteris animalibus nullus uadit-
mortem, solo homine excepto, qui nonnumquam percussus adhuc manet
incolumis. Causa 1^a partis e: qd: fulmen causat qualitatem uenenosam, quæ
serpit statim ad aliam partem, idè contingit in morbo rabidi canis. Causa 2^a
partis assignat Scythi reuerentiam, quam homini perituræ, quàm alij alij exi-
bet nra, quæ potius moralis causa est, quam phisica (ut hoc bene aduertit
Pontius) phisica autem potest esse quod homo habeat circa se aliqua
preseruatiua, aut dispositionem aliquam resistentem ueneno, et impediens
progressum eius.

11^{us} e: quod fulmen aliquando à uenenosæ, quæ peritit remouet uenenum,
et efficit uenenosam, quæ n: erant tabis antecedentibus: ad quæ experientiam
ualde difficile persuadendam, cum non reperiret rationem à pñoni Scythi,
uius e: similitudine aeris sufflati, qui candelam extinctam accendit, et accensam
extinguit. P. de Lodez hanc causam assignat, quia in uenenosæ fulmen
exiit uenenum, in alijs sulphureis habitis relinquunt.

12^{us} est. quod fulmen aliquando denigrat, aliquando dealbat: interdum
denigrat propter fuliginem afflatam, dealbat aliam, quia humorem exurit, quo
cætas fere corpora nigrescunt.

Ommitto multas alias fulminis effectus ab alijs relato, uel quia non erant
sint queque ueritati consoni, uel quia ratio eorum etiam dictis patet.

Caput 8^o

De lapide Fulminis

Queres 1^o an deus lapis fulminis, et quomodo generetur.

1^o dicitur lapis fulminis, ut docet exp^o, aliquando enim fulmen ardet lapide
qui ut diximus telus, aut cuneus fulminis appellatur. formatz autem hic lapis

in nubibus calores coquendo partes exalationis magis terrestris uapore humido
immixtas, sicuti ex luto, et aqua formati lateres igne indurantur: neque
hoc mirum uideri debet, cum in ipsis etiam fulminibus Chimicis esse coequeat
materias non in lapideis solum, sed etiam in metallis; unde aliquando non
lapis, sed ferrum, aut aliud metallum cum fulmine cadit, quando uidelicet
ulphurea exalatione argentum utuum e: temperatum.

Quaerit 2^o que nam sit figura, et ceterae qualitates lapidis, seu cuius
fulminei.

3^o De figura, et ceteris qualitatibus huius lapidis uarij uariae narrant.
Chicennay in quibusdam locis, in quibus cadunt fulmina reperiri corpora
similia ferro, et qui, atque tentare huiusmodi ferrum liquefacere. Quod
in n: successit conati sunt et alij ex illo enses excutere, sed semper
contemac contra omnem uim, nec igne emoliri, nec mallei duci
potuit. Sunt et qui narrant lapides aliquando cadere cum fulmine,
hues tamen pumicos, et adustus similes illis, quos interdum enectant
montes igniuomi. Cabeus ait fulminis lapidem esse durissimum, et ad
ferream uergere naturam: eius figuram esse inconstantem, et in
diuersis que uiderat, si ueni erant fulminis lapides fuisse diuersa. Albertus
magnus tales lapides passim affirmat uideri, et esse acutos, ac tenues.
Nimphus esse auctos dicit, et coloris rubri, uel nigri. Bodinus libro 2. Th^o
ait oborta tempestate tanti ponderis lapides decidi, ut centum libras e-
=quauerit.

Caput 9^o

De ijs que dicuntur preseruari aut
non tanqi a

Fulmine -

Plurima creduntur a fulmine non tanqi magis in auctori fides
quam uero experimento comprobata.

Laury, et Ficy inter arborey, Hiacinthi inter Gemmas, aquila inter aves, -
vitulū manūy inter pisces à fulminibus immunita recenset.

De Lauro hoc privilegium constanti antiqui p̄servare: Anno Tiberii
Cesar ut refert Linnæi tonante celo fulmina exarscescens Lauri folijs se-
coronabat, et columellæ eadem folia Gallicæ oua fouenti subici-
imperabat contra fulminis pericula, scriptores tamen recentiores hæc
Lauri immunitatē in dubiū reuocant, imo aliqui n: amplius dubiū, sed otioso
falsā aperte asserunt. Refert enim Lardanius Lauri p̄p̄ria a fulmine.
idem scribit Licomeratū.

Ficy ex Plutarco creditur immunita à fulmine p̄p̄ria amaritudine ait -
Rhodiginus, id genus enim n: attingunt fulmina: at plura amara sunt, ad
quæ tales privilegium n: putat p̄tinere. Massilienses quoniam ager huius
arboribus abundat testatur, ut ait Scaliger eas pluries fulmine
combur.

Hiacinthum à fulmine immunitū, et etiā hominem, qui eum gessit
asserit Cardanus, sed videt̄ à Scaligero.

Aquila intacta etiā creditur à fulmine idēq: Poetæ eā faciunt Iouis
armigerā, et fulmina ministrare, quia in feda p̄tractat unguis.

Fulminis etherei custos magnus: Tonantis

Armiger, aeris habitans in montibus aly.

at Cabey, et Ursinū existimant hanc immunitatē esse otioso comeditā
nec aliā immunitatē aquilæ habere nisi cor natū instinctu presagii -
fulmina, in tutis. Loca se abscondat.

Vitulū marinum, et eius pellem non tangi à fulmine, asserit
Linnæum etiā Plutarco, hinc dicunt, qd: Augustus Imp: semper
circumferbat pellem vituli marini in remedium aduenus fulmina.
Hinc panis immitatus e: Imp: Severus Leticā simili pelle contextam
uoluisse ferri. L. Secūy tamen, et alij recentiores existimant hanc immu-
nitatem, n: modo dubiam sed otioso fabulosa esse.

Calligla ob fulminis terrorem cubiculi sui magis abdita parte inuadebat.
 et aliquando se se in obscuriore parte sub thalamo occultabat, licet
 enim cessata tempestate seq. ony aspernaret contenderet. Demetrior
 quidem erat Canadà Hieronim in america Hemphionali habitadiu pinis
 cui Fulmen tamquam terribile Athifenumque auem ducebant, quae
 propter Gallos ipsos exorabant ut eum occidendi diligenter perquirerent.
 Remedium naturale; quod e: minus incertum aduersus fulmina e: confugere
 in loca subterranea, quae fere semper à fulmine sunt immunita, nisi forte
 fulmen cursum eo promittat. 1.º autem 2.º e: 1.º q.º spiritus ille accedens non
 uenit nisi raro ad terram usq.; altera causa e: motus trauesantis, quod
 fulmen concipit dum sit proximum terrae, ut patet experimento. Est etiam
 bonum remedium, ut fulmen fugias ait L. Fabri, si dum inuenit tempestas -
 supinam, uel pronam decumbentem, uitesq; illum modum tractum, in quo aeris fluxus
 obseruatur. idem sed melius, ut refert Lamonicus, docuit Pythagoras monere -
 quolibet fulmine obrepente terram tangere, renq; dicitur uirginem in medio
 reuocare. a

lacteney dicta sufficiant de Metheore ^{ignitam} ^{altis} ^{obliquitate} ^{uicis} illius potestis
^{aliquo} ^{substanti} pede immitate. Hec ut diximus obliquitas cadit clarus ut percipiamus quod
 possit, qui ualet grauitate comprimere nra ignis actiuitate, qui materia
 sua subleuat. nobis itaq; satis sit, id tribuere ad beneficium bonitatis diuinae
 uelle minus tantum tenere ^{et fulgure} accensione ^{et tonitruum} ^{et} ^{trepidatione}
 quos fulminis sceleris ^{gradum} ultores inclinere possit redire, et ^{proximam}
 Cum tenant unum non unum fulmina terret.



INDEX

Tractatus de Fulmine	1.
Cap. 1. ^{us} De nat: et Gener: fulminis.	1.
Cap. 2. ^{us} De Causis Fulminis	2.
Cap. 3. ^{us} De varijs Fulminis Speciebus	8.
Cap. 4. ^{us} De motu Fulm:	5.
Cap. 5. ^{us} De loco Fulminis	8.
Cap. 6. ^{us} De Tempore Fulm:	10.
Cap. 7. ^{us} De effectibz Fulm:	12.
Cap. 8. ^{us} De lapide Fulm.	16.
Cap. 9. ^{us} De ijs q: dicuntur preservari aut non talia Fulmine	17.

Finis.









67

4

5



SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES



3 9088 00396235 4

nmahrb MSS831B

Geografia ... Cosmographia ... Gnomonice

